

τῶ κῦρις & summæ, quâ in Republ. pollet, potestatis. Utrumq; ideo specialiter impetrari debebat, patronis tamen simul consentientibus l. 1. § 3. π & l. 1. § 2. C. de jur. aur. annull. Jure tamen novellarum neutram speciali ulterius indiget impetratione, sed τὸ τῆς παλιγγενεσίας δίαίου seu regenerationis jus, vel natalium restitutio, patrone admittente libertis ipso jure competere cepit. Nov. 78. c. 1. V. Fr. Connan. comm. jur. civ. lib. 2. c. 12. n. 3 & 4. Donell. 2. comm. c. 10: ibiq; Hillig. Et hæc de ingenuis.

XXIII. Libertinorum, seu secundi liberorum hominum Tit. V. DE LIBERTINIS. generis conditioni consideranda manus jam admovenda. Et notanda primò *verbalis*, deinceps *realis* hujus vocis natura. Quoad illam discrimen inter libertum & libertinum à Doctores hinc *Discrimen* inde notatum reperio. Jure nimirum veteri ex libertis procreatos, *inter libertum & libertinum.* nunc revera ingenui fuerint, non tamen ingenuos sed libertinos, nè fortè filii melioris videatur conditionis, quam parentes dictos esse notat Jacob. Revard. lib. 1. conjectan. c. 8. & alii passim Doctores, moti inter cætera l. 1. §. 4. π de excusat. Tut. & Curat. Deinceps autem ex usu juris successivò libertinorum vox absolutum quid censeret & statum atq; conditionem personæ in se spectatæ, libertorum vero relativam quandam ad Patronum qualitatem juraq; ei competentia denotare cœpit, arg. l. ult. ff. si ingen. ess. dic. Et ex hinc omnis libertus libertinus quidem sed non vice versa omnis libertinus libertus protinus erat, i. e. patronum habebat, qualis circinus dicebatur, §. p. n. Inst. de reb. sing. per fidei comm. vel. l. 4. pr. π de bon. libert. l. 8. C. de ingen. manum. Ant. Fab. 1. Jurispr. §. pr. 2. ill. 3. Hillig. Donell. enucl. lib. 2. c. 11. lit. A. Tandem tamen utraq; hæc vocabula indiscriminatim ac promiscuè usurpari cœpta esse ex §. fin. b. t. juncta Rubr. & §. 4. Inst. de success. libert abundè dilucet. V. Cujac: lib. 3. obs. c. 37. Et hæc de verbali vocis notatione.

XXIV. Succedit jam *realis*. Libertini sunt, dicit Imperator, qui ex justâ servitute manumissi sunt. Ubi notanda primò *Definitio Libertorum.* *servitutis* qualitas, deinde *manumissionis* quidditas & tandem *ejus* difformitas, exq; eâ descendens *diversus* effectus. Nimirum per justam servitutem cum Mercerio 1. opin. 10. non ejus intelligimus, qui justè servivit, servitute, cum & ex acerbissimâ servitute manumissus liber fiat. Donell. comm. jur. civ. lib. 2. c. 11. ibiq; Hillig. sed potius vel cum Corasio ad l. 6. π de stat. hom. n. 2 & 3. veram, ad discrimen fictitiæ & imaginariæ servitutis, in quam emancipatus quoq; detrudebatur,